Hryniewiczki. Appellatio.

Proposuit Iudicialiter coram p[rae]senti Castrensi Capitaneali Branscensi Iudicio
Instigator Iudicij p[rae]sentis suo cum infrascrip[to] Delatore contra infranominatum
Citatum ex citatione literali Castren[si] Branscensi tenoris eiusmodi. Franciscus
Joannes in Kloczew Lesznowolski Branscensis etc. Capitaneus Vigore Regio
et Nostra Capitaneali qua in hac parte ex vi Legum fungimur authoritate
Tibi Generoso Joanni filio Generosi Stanislai Szorcz de Szorcze et Mienzc
haeredi et quovis modo ac Iuris titulo possessori de eisdem ac alijs omnibus bonis
ac personis tuis mandamus Ut coram Nobis seu Iudicio Nostro Capitaneali in Termi
nis Iudicialibus simul et Querellarum ac Causarum officij Capitaneal[is] Castren[sis]
in Curia Regia Branscensi Feria secunda prius et proximius post datam et po
sitionem praesentis Citationis personaliter et peremptorie compareas. Ad Instantiam
Instigatoris Iudicij Nostri et eius Delatoris Nobilis Andreae Hryniewiczki olim Nobil[is]
Hiacinthi Hryniewiczki de Hryniewicze haeredis Actoris Qui te citat Ideo Quia
tu non metuendo paenam contra palam patrocinantes Bannitis sancitam ausus
es et praesumpsisti Generosum Alexandrum Smarzewski ex parte eiusdem Actoris
coram Iudicio Ordinario Generali Tribunal[i] Regni Lublinen[si] Bannitum et de Re-
gno Poloniae Dominijsq[ue] eidem annexis proscriptum in domum propriae residentiae
tuae in haereditate Mien sitae suscipere cum eo conversari auxilium Consiliumq[ue]
et alia necessaria praebere prout suscepisti et longo temporis spatio circa te
fovisti et cum eo conversaris auxilium et Consilium ac alia necessaria p[rae]bes
per quod in similem paenam Bannitionis incurristi ad quam super te et bonis
tuis omnibus decernendam et per Ministerialem publicandam praesentibus cita
ris. Iudicialiter sis Terminum attentaturus et ad praemissa quae tibi in Ter-
mino advenienti latius declarabitur responsurus. Datum in Curia Regia Bran-
scensi Feria secunda post Festum Sancti Mathaei Apostoli et Evangelistae
proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.
Et post propositionem suam modo praemisso factam Actorea pars deducendo parti
Citatae de Termino Statuit Mem[orat]um Generalem Regni Ivourdum Joannem Rostanek
qui citationis p[rae]insertae Copiam sigillatam à duabus integris ante Termi[num] p[rae]sentem
Septimanis in bonis Mien citati propriis posuisse et publicasse recognovit. Quo sic
deducto circaq[ue] contentis propositionis suae verificatis petijt citatum ad proce
dendum compelli. Ex adverso Plenipotens citati audita acclamatione Principa
lis sui praemissaq[ue] protestatione contra Actorem de paenis contra temerarios
litigantes Sancitis. allegavit vereq[ue] commeri deduxit Delatorem licet in
Causa minus legitima et competenti contra iura Sanguinis quae inter eundem
citatum et Generosum Smarzewski Generum eius intercesserunt, et nullo
modo nisi morte interveniente disrumpi possunt. omnino teneri adesse,
qui quoniam praesens non adest. petijt principalem suum à termino praesen[ti]

85408

praesenti tum ab incompetenti tractu liberum effici alijs iuris remedijs et de-
fensis omnibus hic et in omni Judicio salvis sibi praecustoditis. In Oppo
situm partis Actoreae Plenipotens allegavit Principalem suum Delatorem cau
sa praesentis non teneri adesse Quandoquidem ipse Plenipotens cum sufficienti
mandatorio ad promovendam eam comparet et non est causa Criminalis
petendo reiecta exceptione illius Plenipotentis super citato paena complici
tatis quam ex conversatione et patrocinatione infamis succubuit, decerni
alijs probationibus salvis praecustoditis. Et Judicium praesens Castrense
Capitaneale Branscense controversijs partium utrarumque Actoreae per
Nobilem Andream Bankowski citatae vero per Nobilem Anzelmum Sza-
blowski iudicialiter factis exauditis et intellectis. teneri Delatorem
ad promovendam causam praesentem adesse censuit. A quo Decreto Actoris
Plenipotens Ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis
appellavit. Cui appellationem Judicium hoc idem admisit. Terminumque
prosequendae et continuandae eiusmodi appellationis in illis Judicijs
Tribunalitijs Regni Lublinensibus dum Causa praesens ex Regestro
causarum Palatinatus Podlachiae Districtus Branscensis ad iudicandum
inciderit. Parti utrique paratum et peremptorium fixit ac conservavit.

Szorcz **Appellatio**

Proposuit iudicialiter coram praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi Judicio
instigator Judicij praesentis una cum infrascripto Delatore contra infranominatos
citatos ex citatione brevali Castrensi Branscensi tenoris eiusmodi. Franciscus
Joannes in Klocrew Lesznowolski Branscensis etc Capitaneus. Vobis Nobilibus
Matthiae Christophoro olim Stanislai Skłodom Pantaleoni Valentino olim Ma
thaei Skłodo Matthiae olim Alberti Andreae Joanni olim Adami Valentino olim
Pauli Skłodom de Skłody haeredibus nec non Nicolao olim Thomae Piekut Va
lentino olim Nicolai Krassowski Jacobo Perkowski olim Matthaei Lucae obniski
de Piekutij haeredibus ex omnibus bonis Vestris Vigore Regio et nostra
Capitaneali authoritate mandamus ut in Terminis Judicialibus simul et
Querellarum ac Causarum officij Capitan. Castrensis in Curia Regia
Branscensi feria secunda post datam praesentis citationis proxime ce-
lebrandis personaliter et peremptorie compareatis Ad instigantiam Insti
gatoris Judicij Nostri et ipsius Delatoris Generosi Stanislai Szorcz
in Krasżewo haeredis Actoris Qui vos citat ad Banniendum et de Regno
Polonae proscribendum ideo Quia vos stipendia et sumptus pro expeditio
ne Inevomissionem in bona vestra officiose affectatam vigore actorii per
lucrorum officio praesenti ideo. Quia vos stipendia et sumptus pro expeditione.